

1546 25 Januarii.

Ex Orig. Arch. Ani.

Michaëlis Dzialinski recognitionis de re
cepta summa, quam ei Stanislaus Kostka
Palatinus Pomeraniae nomine regis Poloniae
reddidit.

Ego Michaël Dzialinski gladifer ter-
rarum Prussiae recognosco, et fateor presen-
tibus, quod cum magnificus Stanislaus
Kostka Pomeraniae palatinus, terrarum Pruf-
siae thesaurarius, Golubensis, Ditzoniensis
Piniensis etc. capitaneus nomine, et ex par-
te majestatis saere regie junioris -- Do-
mini mei clementissimi ad rationem
residue summae, quae de Capitaneatu Gran-
Dnicensi mihi, usorique meo obvenire de-
beat iuxta Decretum majestatis suae re-
gie mille, octingentos, nonaginta sex
florenos in moneta per triginta grossos
totaliter, ac plenarie numerasset, ac mi-
hi intimatum sit, ut post numeratam
summam iura, literasque de ea summa
ipso Domino Palatino Pomeraniae offer-
rem, verum cum post Datas literas
Decreti, maiestas sua regia junior in
propria persona hae iura, et literas
exigit, huic puncto satisfacere non
potui, promitto bona fide, et verbo di-
ctum Dominum Palatinum Pomeraniae palatinum
indennem reddere, ita, aut in proximis
diebus literas sive iura de eisdem sum-
mis in manus prefati Domini palatini
offeram, aut recognitionem maiestatis
suae regie

sua regie junioris de super me illi dabo, quibus
maiestas sua regia significabit literas
in scripturum, seu iura apud se detentas ef-
se. Nihilominus ego interea pro me, et
ex parte uxoris meae eundem dominum
palatinum Pomeraniae de acceptis sum-
mis nempe mille octingentorum, nonagin-
ta sex florenorum, et quingentorum, quadra-
ginta octo florenorum, et viginti grosso-
rum ex censu annuo, et ratione laborum,
quos statwerck vocant, collectorum per
me acceptorum, et quemlibet florenum per
grossos triginta computatorum, eundem do-
minum Palatinum Pomeraniae de utra-
que summa quieto presentibus, quas in
majorem fidem sigillo meo subappressio-
ne, et manus subscriptione Dedi Mari-
genburgi die conversionis Pauli, anno
millesimo, quingentesimo, quadragesimo,
septimo.

Ta kopia przepisana
z oryginala papierowe
go u g. Czerwca 1704.
na ktorym mata pieczę-
ta wycisnięta.